Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo Libros Distribvtvs

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

§. I. An in rebus exigui valoris sufficiat auctoritas Episcopi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

Visual Library

5 *Et an poſſit alienari inconſulto Papa modica pars magni prædij eccleſiæ.*

6 *Quæ cenſeantur res exigui valoris.*

7 *An in permutatione inter ipſas Eccleſias requiratur beneplacitũ apoſtolicum, & num.8.*

9 *An tranſactio de re eccleſiæ poſſit fieri ſine ſolemnitate. & nu.10.*

11 *An Rector eccleſiæ poſſit abſq. ſolemnitate cedere actionem ad rem mobilem.*

12 *Et an poſſit facere compromiſſum.*

13 *Quid, ſi eccleſiæ competit actio ad fundum, vel ad pecuniã alternatiuè.*

14 *An alienantes, vel recipientes res exigui valoris incidant in pœnas d. extrau. Ambitioſæ.*

CAP. VIII.

Quo caſu ſufficiat auctoritas Epiſcopi jn alienatione rei Eccleſiæ.

§. I.

An in rebus exigui valoris ſufficiat auctoritas Epiſcopi.

1 REſp. affirmatiuè, & ideò vineolæ exiguæ, & eccleſiæ minus vtiles auctoritate Epiſcopi alienari poſſunt, *cap. terrulas 12. q. 2.* cuius diſpoſitioni neque per dictam *extrau. Ambitioſæ*, neque per decretum Concilij derogatũ fuit, *vt cenſuit Sacr. Congregatio Concilij teſte Vulp. in Prax. Iudic. for. eccleſ. cap. 6, num. 26. & refertur etiam inter Deciſ. Diuerſ. par. 4. dec. 149.* ratio videtur eſſe, quia

2 in *d. Exträu.* excipiuntur caſus à iure permiſſi *Genueſ. in Prax. Archiep. cap. 60. num. 3. Barboſ. de offic. & pot. Epiſc. par. 3. all. 95. num. 50.* vnde ſufficit auctoritas Epiſcopi in locatione vltra triennium quoad res exigui valoris, *Quarant. in ver. alienatio nu. 18. verſ. ſecundò declaratur Ricc. in Prax. for. eccleſ. par. 1. reſ. 109. Barboſ. loco cit. d. all. 95. num. 51.* non tamen ſufficeret

3 auctoritas Vicarij, ſeu officialis Epiſcopi, niſi habeat ſpeciale mandatum, *vt deciſum refert Ricc. in Collect. deciſ. 2201. par. 6.*

4 Secus dicendum eſt, quando prædium eſſet Eccleſiæ vtile, hoc enim caſu licet ſit exiguum, non tamen poſſet abſque aſſenſu ſedis apoſtolicæ alienari *cap. 1. vbi gloſ. 17. q. 4.* quemadmodum nec po-

5 teſt abſq. beneplacito Papæ alienari modica pars magni prædij eccleſiæ, quia hoc modo poſſent paulatim alienari omnia prædia eccleſiæ in fraudem legis *Genuen. d. cap. 60. nu. 3. in fin.*

§. II.

Quæ dicantur res modicæ, ſeu exigui valoris.

6 REſp. quod quando valor rei, quæ alienatur, ſummam 25. aureorum non excedit, ſolet pro pauca, aut modica ſumma reputari, *vt cenſuit Sac. Cong. Epiſcoporum 22. Maij 1601. apud Glian. in ver. Alienantes nu. 7.* ſed alij Doctores id remittunt arbitrio Iudi-

cis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN